

Q. D. B. V.
POSITIONES JURIS
NOVISSIMI,
Magnam Partem
CONTROVERSI,
Ad LIBR. I. DIG.

Quas unà cum
DISSERTATIONE
B. DNI SCHNOBELII,
AD EADEM I.

Consentiente Magn. JCtorum Ordine,

IN ALMA VIADRINA,

PRÆSIDE
DN. SIM. CHRISTOPH. URSINO,

J. U. D.

IN AUDITORIO JCATORUM,
Dic 19. Febr. A. O. R. M. DC. LXXXI.

Horis consuetis,

Publico Eruditorum Examini

submittit

TOBIAS Granß / Görlicens.

Francofurti ad Viadrum imprimebat Job. Cäpselius, Acad. Typ.



OMNIPOTENTI.



POSITIO I.

Ocietas humana atq; civilis, non contra naturam, ut censet Hobbesius, & qvi eum seqvuntur, sed secundum eam; imo naturæ innato instinctu etiam nulla hominem adigente necessitate vel indigentia constituta. *Grot. in Prolegom. de J. B. & P. & L. 2. C. 1. § 9. Conring. de Civil. Prud. C. 15. inf. Gvalt. Donaldson in Syn. Oecon. C. 2. J. Fr. Horn. de Civit. L. 1. C. 4. §. 6. Puffend. El. Jur. vid. L. 2. O. 3.* haud alia ratione qvam amica animorum in unum consensione & qvæ eam comitem habet, æqvali bonorum inter cives communicatione conservari potest. *Wesenb. in Par. ad ff. J. & J. n. 13. D. Job. Schilt. Pr. Jurupr. Rem. in For. Germ. Ex. 22. de R. C. tb. 1.* Æqvaliter verò bona tunc demum communicantur: Si justè communicantur: namq; qvalitati dirigendæ præest justita.

II. Qvam justitiam Jurisprudentia qvoq; conseqvi & confervare intendit. Per eam autem hoc loco non intelligimus habitualem illam, sed legalem & actualem; siqvidem Jurisprudentia acqviscit in actione externa. *v. Kleinschm. in Præcogn. Jur. Tr. 2. n. 2. seq.* & sibi propositum habet, secundum LL. ut suum cuique tribuatur æqvaliter, ac æqvalitate salus societatis humanæ in hac vita feliciter obtineatur. Licet enim LL. in conscientia obligent. *Dn. Struv. Ex. 2. tb. 13 seqq.* non tamen absolutam mentis ac voluntatis rectitudinem præcise reqvirunt. *Wesenb. in π. b. t. n. 4. inf. ib. Hahn.* Qvocum etiam hoc modo videtur consentire *Dn. Struv. Ex. 1 tb. 42. in fin.*

III. Prout verò res qvæ debentur in societate civili, aliæ absolu& tute & simpliciter debentur pro ratione, qvam habent singuli tanq; partes totius inter se; aliæ secundum quid & respective relatione habita totius ad partes, & pro ea ratione, qvam singuli ad totum habent: sic etiam pro varietate illarum rerum non mi-

Ad
Tit. I.

A

nus

nus ac pro diverso tribuendi modo variat qvoque justitia, & duas ejus constituuntur species; commutativa sc. qvæ Grot. de J. B. & P. L. i. C. i. §. 3. Expletrix dicitur: & Distributiva, vel secundum Grotium: Attributrix. Diff. Grot. d. l. aliiq; pro alio atqve alio fundamento aliter atqve aliter species illas concipientes.

IV. Secundum Justitiam Commutativam tribuenda omnia Jura in re & ad rem: sic secundum eam possessor rei meæ, qvæ jure Dominii mihi devincta est, eandem mihi restituere atqve tenetur, ac aliis, qui ex qvolibet cunqve contractu mihi ad aliquid dandum vel præstandum obligatus est, illud vel dare vel præstare tentur: nullus enim plane contractus hic eximendus est, v. Zieg. in Grot. d. l. i. p. 47. seqq. Diff. Dn. Struv. Ex. i. th. 27. seq. adeò ut etiam Salarii constitutio secundum eandem sit facienda, v. Hahn in Wesenb. b. t. n. ii. verb. *Et salario constituit.*

V. Ad Justitiam distributivam præter res, ad qvas aptitudinem qvandam habere dicimur, commode referenda sunt omnia jura personarum & imperia atqve potestates arg. l. 4. & 5. ff. de inoff. test. L. un. C. de Impon. Lucrat. descr. Diff. Hahn. ad Wesenb. b. t. n. 10. §. jusq; suum inf.

VI. Justitiam autem vindicativam vel punitivam peculiarem & à commutativâ distinctam speciem non agnoscimus: nam ad Commutativam illa verè spectat; qvia hæc circa συναλλαγατι involuntaria & malè contractus pariter occupata est, arg. l. 10. ff. de Jud. & l. 52. ff. de Rejud. & poenæ commensurandæ sunt delictis, l. 11. pr. ff. de Pæn. Mev. P. 3. D. 39. n. 4. & P. 7. D. 104. n. 8. & 10. Carpz. P. 4. C. 32. D. 13. n. 7. 8. 9. 10. Dietb. in Con. Thes. Besold. voce: Übermäßige Geldbusen. §. Die dritte Ursache. p. 840. & ipse Besold. Thes. Pr. voce Straße. Dn. Frantz. in Comm. ad ff. tit. de J. & J. A. n. 18. usq; ad 36. Hahn. ad Wesenb. de J. & J. n. ii. verb. Panas nocentibus ubi varie dissentientes referuntur.

VII. Justitia vero in actiones civium inducitur per applicationem Juris ad easdem: utpote qva absolvitur finis Jurisprudentiae proximus. Cùm verò qvidnam justum sit, vel injustum non aliunde qvam à Jure petere possimus; siqvidem ex Jure innocescit, demonstratur, & judicatur actio justa vel injusta; & sic

Jus

Jus Principium cognoscendi Jurisprudentiæ evadit: natura etiam Juris unà cum societibus ejus necessariò demonstranda est.

VIII. Principia verò cognoscendi uti alia sunt prima, alia à primis orta: ita quoque Jurisprudentiæ cognoscendi primum est Jus naturale; utpote quod ex se & per se intelligitur, nec priori aliquo indiget ad sui cognitionem. Ortum verò à primo est Jus gentium & civile; hæc enim Jura ex alio notiore jure deducenda ac demonstranda sunt.

IX. Cum Jure naturali conjungendum est Jus divinum universalis; licet alias non modo ratione objecti, sed etiam ratione principii & fundamenti obligationis à se invicè differant. Etenim Jus naturale versatur circa actus natura sua intrinsecè & antecedenter bonos vel malos quicquid à DEO necessario præcepti aut vetiti intelliguntur. Jus verò divinum non ea præcipit aut vetat, quæ per se & sua natura aut debita sunt aut illicita; sed vetando illicita; præcipiendo debita facit. Idcirco principium obligandi in Jure naturali non fluit ex vi præcepti, sed ex virtute objecti; principium verò obligandi Juris divini universalis immediate ex virtute præcepti oritur. *Grot. de J. B. & P.L.I. C.I. §. 10. aliq; Dd. moral. communiter Diff. Dn. Puffend. L. 2. El. Jurispr. Un. O. 4. n. 4. & alibi passim.*

X. Esse vero aliquid intrinsece bonum vel malum proximè quidem demonstrari potest ex convenientia & disconvenientia cum natura vitæ socialis, ad quam omnis homo aptus conditus & natus est; ultimato autem ex convenientia & disconvenientia cum justitia & sanctitate divina: uti enim Deus natura sua bonus & justus est; ita non potest non bonum & justum esse; quod cum ejus natura & justitia congruit. Cumquid idem Deus autor existat vitæ socialis; necessario sequitur, eandem non repugnare, sed respondere ejus naturæ, sanctitati & justitiæ; & porro quicquid vitæ sociali non repugnet, nec naturæ ac justitiæ divinæ contrarium esse; quo modo sententia. *Mev. in Prodr. Jurispr. Un. aliorumq; cum Puffendorff. conciliari potest.*

XI. Cum igitur jus naturale instar quoddam divinæ naturæ Sanctitatis atque justitiæ sit; quamlibet non voluntatis divinæ præ-

scriptum atq; præceptum ; sequitur etiam , qvod non modo ne-
mo ab observatione ejus per dispensationem , vel alio modo exi-
mi possit ; sed etiam qvicqvad ei contrarium sit , nefas atq; pec-
catum existat ; & omnis qui violat aliquod præceptum ejus,in re-
atu constituatur, adeo ut ne pœna quidem debita ipfi sine ulla
satisfactione remitti queat.

XII. Ex conclusione ista ulterius patet, qvod licet omne
peccatum contra jus naturale commissum pœnam mereatur ;
non tamen illud in peccante certâ pœna præcise vindicandum sit;
sed tum demum quando actus in se malus atq; vitiosus infectus
reddi , & satisfactione , vel reparazione injuriæ illatæ tolli nequit ;
qvod contingere præsertim in peccatis solet, contra præcepta ju-
ris naturalis negativa commissis , quæq; vitam socialem ejusq;
culturam plane resolvunt ; atq; evertunt. Qvod si verò actus
vitiosus atq; illicitus quasi infectus fieri & satisfactione tolli po-
test, qvod contingit maxime in peccatis contra præcepta affir-
mativa commissis , quæq; vitam socialem non tam resolvunt
quam impediunt : uti vitiositas ejus per damni dati reparacionem
auffertur, & inæqualitas,quæ inerat, secundum justitiam commu-
tativam corrigitur, & ad æqualitatem reducitur : ita reatus quoq;
simul à subjecto peccante tollitur ; nec pœna illud amplius ulli
subjiciendum est : quia sublato peccato reatus durare , & pœna
absq; delicto esse nequit. Quemadmodum enim remissò debi-
tò contra bonam fidem exigitur solutio, propter sublatam obliga-
tionem ad solvendum : sic etiam extinctò per satisfactionem de-
lictò , pœna etiam cessat , quia reatus & obligatio ad pœnam ex-
piravit *Dissent. Dn. Henric. Coccej. in Collat. Jur. ad Struv. Coll. 2.*
Ut taceamus, non omnis præcepti affirmativi in casu violationis
necessarium consequens esse pœnam , sed etiam actus annulla-
tionem.

XIII. Hinc porro sequitur, quod in iis casibus in quibus ex
conventionibus ad culpam seu levem seu levissimam obligamur,
nemo ob culpam istam admissam naturaliter veri delicti & for-
maliter talis reus constituatur ; quia licet ille qui facienda omit-
tit peccet & in rectitudinis moralis normam impingat ; tamen
omissio

• 8 (5) •

omissio non actum in se malam ponit, sed aliquid non bonum: quinimmo in talibus casibus saepe culpa sine omni peccato moralis est, quod exemplo commodatarii suopte ingenio obliviousi declarat *Ludov. Molina de J. & J. Tom. 2. Disp. 293.* tantum vero abest ut quis exinde ac pœnam actu subeundam obligetur.

XIV. Licet vero ex violatione juris naturalis obligemur ad pœnam; nullum tamen scelus à jure naturali certa aliqua determinata pœna notatum est.

XV. Jus divinum universale, licet ratione principii sui sit mutabile, utpote à divina voluntate oritum; tamen à nullo unquam mortalium vel immutari vel abrogari potest, quia voluntati & mandato DEI omnes in universum homines obligantur.

XVI. Jus vero divinum particulare, quamvis republ. Judaica extinctâ simul exspiraverit: hodie tamen legis latribus exemplar quasi quoddam esse potest, secundum quod aliae ab ipso in republ. condantur leges. *vid. Ziegl. in Animad. ad Grot. l. 2. c. 1. §. 14. p. 208. seq.* Imo exemplum ejus juris forensis quin eo in casu, ubi expressa pœna delicto à jure civilis constituta non est, judicis conscientiam muniatur, extra dubium videtur esse. *Carpz. p. 4. c. 2. D. 13. n. 13.*

XVII. Jus vero gentium propriæ sic dictum, quod universale est & simpliciter ad meliorem culturam vitæ socialis ejusq; necessariam conservationem facit, in se quidem & suā naturā mutatione obnoxium est; quia ex voluntate gent. originem trahit: sed actu tamen non facile mutatur, quia non facile expedit vitæ sociali ejus mutatio *vid. J. E. Horn. L. 1. de Civ. C. 3. §. 3.*

XVIII. Per jus civile in casu dubio καὶ εξοχὴ intelligitur jus civ. Rom. Card. Tuscb. Concl. 582. n. 10. lit. I. quod etiam nomine juris communis venit, quamvis per jus commune pro substrata materia & ratione circumstantiarum statutum etiam accipi queat. *Tuscb. d. Concl. n. 14.*

XIX. Juri Justinianeo hodie cives in Germania non vi subjectionis obligantur, nec sola vi receptionis, sed virtute etiam successionis, & inde dependentis expressæ confirmationis.

XX. Prout vero semper præstat jure certo scripto uti, quam incerto, & causas dubias secundum æquum & bonum dirimere; siquidem certitudo juris plurimum confert ad tranquillitatem publicam conservandam & lites amputandas, ceu ob eam omnis plane facultas appellandi excluditur. *l. fin. §. 1. ff. de Appell. reeip. vid. Brun. Process. Civ. C. 28. n. 18.* sic etiam ut Jus Justinianum hodie nostrum factum nova ypsobœcia immutetur vel penitus tollatur, neq; valde consultum est, neq; commode fieri potest.

XXI. In quibus ex rigore & subtilitate juris civ. aliqua inducitur iniq[ue]itas; in iis ut plurimum locum sibi vindicat dispositio Juris Can. utpote quod instar juris prætorii magis amplectitur simplicitatem naturalem; ut ita peccatum evitetur. *Tuscb. Concl. 578. n. 13. seqq. lit. 1. Gail. L. 2. O. 18. n. 10.* & hinc aliter considerantur boni mores de Jure Can. aliter de Jure civili. *Gail. L. 2. O. 40. n. 3. & 4.*

XXII. Sed in iis causis, in quibus admittitur Jus Can. si eò jus civile clarius sit, minusq; dubium, præferendum Canonico Jus Civ. est. *Tuscb. Concl. 579. n. 19.* uti viceversa in aliis causis in quibus juri civili in hæremus, si in hoc aut nihil aut valde obscure de casu aliquo dispositum deprehenditur, quasi in subsidium Jus Can. vocatur.

XXIII. Jus Publicum minus recte statuitur à nonnullis specialis quædam Politicæ, neq; cum notitia reipubl. germ. confundendum venit: hinc etiam ejus interpretatio JCti propria est, nec ab ullo alio vel petenda, vel expectanda.

Ad Tit. II. **XXIV.** Circa sententias JCtorum hodie distingvendum est inter responsa eorundem & opiniones. Responsa, si ab alterutra partium ad veram ejus relationem vel ad acta manualia fuerint impetrata cum rationibus dubitandi & decidendi, per modum quasi relationis informationi judicis serviant per *Recess. Imp. Noviss. de Anno 1654. §. zu der damahlichen gründlichen in fine. Dn. Brun. Process. Civ. C. 25. n. 8.* Sin vero ad falsa narrata, & sic in facto erronea emanaverint, judicem in pronunciando sua autoritate nullo modo

modo obligant. *Recess. Noviss. d. §.* Imo in genere omnia consilia, qvæ non ad acta manualia eduntur, ob præsumptionem falsæ suggestionis per partem litigantem, attendi non merentur. *Conf. Reichs-Hofräths-Ordnung Tit. 4. von Ausschaltung der Acten. §. Die Consilia-Mev. P. 1. D. 110. n. 5.*

X X V. Responsa verò à Judice partibus non reclamantibus super plenis ac integris actis obtenta & per modum sententiæ edita, ita publicanda sunt, sicut concepta fuerunt, salvâ parti gravatæ appellandi facultate: Qvod si verò talis sententia dubia sit & obscura, Judex eam non ipse ex suo judicio vel sensu, sed ex JCtorum, qvi eam conceperunt, mente declarare debet. *Mev. d. P. 1. D. 110.*

X X VI. Imprimis verò in causis crim. nihil Judex nisi ex sententia & autoritate JCtorum decernere debet; siqvidem in Nemisi Carolinâ judici quinquagesies septies transmissio Actorum ad Collegium Juridicum inculcatur. *Oldekop. in Observ. Crim. Tit. I. O. 7. n. 11.*

X X VII. Opiniones autem Dd. uti in specie vocantur sententiæ, qvæ in ipsorum libris vel Commentariis habentur; ita, si præter jus sint, admittendæ erunt, vel quatenus communiter probantur, vel, quando variant, quatenus majori probabilitate se commendant, semper enim probabilius sententia eligenda est, etiamsi paucorum sit vel unius tantum modo. *I. II. in fin. ff. de Jurisdictione. I. I. §. 6. C. de de V. J. E. I. 5. §. 2. ff. de Impens. in res dot. fact. & Gail. L. I. O. 149. in fin.*

X X VIII. Commnis qvidem Dd. plurium opinio præsumptive concludere dicitur, qvia ubi maior numerus, exactius quoque judicium præsumitur. *C. I. X. de his quæ fiunt à maj. part. cap.* Et Dd. qvidem pragmatici plerique nihil familiarius habent, quā ut opiniones ejusmodi communes, quamlibet sāpe errore non vident, pro verissimis obtrudant principiis. *Besold. Thes. Pract. voce: Opiniones Communes.* Adeo, ut ab iis recedere sumnum nefas dicant & judicem recedentem pro imperito habeant. *Besold. d. I. Gail. L. I. O. 153. n. 5. Berlich. p. 3. D. 314. n. 85.* Sed cum nondum inter eos constet, quānam ex diversis & discre-

pani-

pantibus sit communis opinio, dum saepe communem producunt contra communem, aliique eam ex numero Doctorum, alii ex eundem autoritate, alii ex aequitate & rationibus vid. Dietber in Besold. Cont. voce Wahn. alii aliunde astiment; judex etiam communis opinioni ita mordicus inhætere non tenetur, ut ab ea recedere ipsi religio sit, si appareat communem opinionem esse falsam, vel alias evidentissimis rationibus eam subverti posse, Gail. d. O. 153. n. 6. Et Kleinschm. in Præcogn. Jurispr. Tract. 4. Sect. 7. n. 40. Neque sententia contra communem opinionem a judice lata propterea nulla est: L. 32. ff. de Rejud. Frantz. ad ff. de O. J. n. fin. judex enim opinionibus non auctor ac legibus & consuetudinibus obstrictus est.

XXIX. Ex hisce etiam sequitur, autoritate Glossam superari a communi opinione: quamvis enim veteribus glossæ autoritas videatur omnes alias autoritates vincere, & pragmaticorum olim idolum habita fuerit secundum tradita. Hartranft. in Pref. Ex. Præct. n. 26. seqq. & n. 70. Tamen quia singulorum Doctorum est non plurium adeo conjunctim sumptorum, haut quoque adeo probabilis censenda est ac communis opinio.

XXX. Sed major autoritas tribuenda est præjudiciis summorum tribunalium & curiarum; cum enim vel totius Imperii, vel singularium statuum nomine judicent; plus etiam vel in imperio, vel in singularibus provinciis valebunt quam communes opiniones. I. fin. pr. C. de LL. arg. §. fin. Inst. de Satisfat. & Recess. Noviss. §. Es sollen auch.

Ad Tit. III. Leges hodie in Imperio universales non solus Imperator condit; sed, prout in rep. composita fieri solet, circa eas condendas cum Imp. Status Imp. concurrunt. Recess. Imp. de Anno 1522. in fin. pr. Capitul. Imp. Car. V. A. 2. Instr. Pac. Osu. art. 8. §. Gaudeant. vid. Limn. de l. p. L. 1. c. 10. n. 32. Imo non tantum circa leges recens condendas, sed etiam circa conditas declarandas iisdem cum Imp. concurrunt. Recess. Imp. de Anno 1557. §. Ferner Conf. Limn. ad Capitul. Carol. Art. 2. p. 139.

XXXII. Leges vero particulares in sua quisque Status provincia vel territorio jure superioritatis territorialis etiam contra

tra jus civile & Imp. commune recte condit, & conditum etiam in supremis Imperii tribunalibus in pronunciando observandum venit. *Ord. Cam. P. 1. T. 13. §. 1.*

XXXIII. Cœteræ autem civitates municipales Statibus immediate subjectæ contra jus Commune vel inconsulto Principe vel citra ejus confirmationē nulla jura peculiariavel statuta condendæ potestatem habent.

XXXIV. Jus Civ. sola voluntate legislatoris constituitur, licet usu populi non fuerit comprobatum, usus enim necessario subsequi legem constitutam debet, & lex quæ usu esse desit æquivoce tantum lex est, quia destituitur duratione voluntatis legislatoris: idcirco regular. & in dubio lex usu comprobata præsumitur. *Diff. Menoch. de Præsumpt. L. 3. Præsumpt. 2.*

XXXV. Statuta æq; ac leges in viridi semper præsumuntur esse observantia; quia statuta ab ipsorum statuentium autoritate vim obligandi non minus habent quam leges. *Carpz. P. 2. C. 21. D. 10. n. 5. Dn. Brun. ad ff. ad l. 9. de J. & J. n. 3.* Neq; ulla unquam lex vel statutum solo non usu abrogatur, sed necesse est, ut nonusui isti ad mixtus sit actus legi vel statuto contrarius Jacob. *Schulz. p. 2. Qu. Pr. Qu. 69. n. 66. seqq.*

XXXVI. Licet à statutis inquis & à sententia ex vigore illorum lata recte appelletur; tamen à sententia vi politicæ alicujus ordinationis bonæ ac in universum receptæ & à superiori comprobata appellatio non est admittenda, sed causa potius ipsa ad magistratum cuiuscō loci remittenda. *Mev. p. 3. D. 154.*

XXXVII. Inveterata consuetudini semper inhærendum est, modo non sit irrationabilis. *B. Dn. Bruū. in Comm. ad ff. l. 13. n. 2. de Pollicitat. Carpz. P. 2. c. 16. D. 7. n. 4. nec tendat. in damnum reip. Phil. Us. Praef. L. 1. Ecl. 15. n. 3. & 8. conf. Dd. ad §. 9. J. de J. N. G. & c. Irrationabiles enim merito repudiandæ sunt: qualis est ea, qua parochia non nisi cum conditione matrimonii cum vi- dua pastoris antecessoris ineundi pluribus in locis conferenda venit: Item quâ reis homicidii pœnam talionis capitalem divinus impositam nummis redimere licet, vel qua fur rupto la- queo non iterum suspendendus statuitur. Alia exempla vid. ap.*

Besold. Discurs. Polis. Diss. 2. cap. 3. n. 7. Pro tali autem irrationali minime reputanda est, qua nonnullis in locis & primariis provinciarum civitatibus Doctores quibusvis Senatoribus postponuntur; quæ sicubi recepta est non injuria defenditur ac retinetur.

XXXVIII. Consuetudo omnis stricti juris est, nec de loco ad locum nec de persona ad personam extendenda venit. *vid. Mev. P. 2. D. 30.*

XXXIX. Secundum consuetudinem æq; ac secundum leges judicare judex tenetur *autb. Jubemus C. de Jud.* & contra eas latâ sententia ipso jure nulla est *l. si expressim 19. ff. de Appell. Mev. Part. 2. D. 377. n. 2. nec nulla appellatio eget. Mev. d. P. 2. D. 268. per tot.*

X L. Jus Sax. Commune origine quidem consuetudinariū est; sed postquam confirmatio expressa accessit, jure merito pro statutario habendum est: ut adeo in terris Sax. hodie necessario observandum sit, non verò eat tantum judiciis & foro attendendum, quatenus usum receptum est, quod pluribus contra plurimos dissentientes deducit secundum *Knicben. in Comm. de Sax. non prov. Jure Dn. Hartranft. Ex pract. 1.* Id quod de Jure feudali vix asseri potest; quippe quod cum nusquam expresse legatur confirmatum, hodienum etiam, licet in scripturam sit redatum, originem suam primam sapere videtur, & tanquam consuetudo universalis ubivis fermè locorum observatur, *v. Magnif. Dn. Stryk. Ex Jnr. Feud. C. 1. Qv. 14. & ib. seq.*

X LI. Juri civ. & legibus Imp. nostri uti omnes Imp. subditi obligantur, seu sint ordinarii & perpetui, seu temperarii & advenæ: ita nec ab ejus observatione Clerici eximendi sunt, quia & ipsi membra reip. passiva sunt, dum Ecclesiæ, quæ in Rep. est serviunt. *conf. Hillig. in Donell. L. 17. C. 10. lit. X. & Z. Licet contrarium tam Juris Can. Conditoribus C. Si diligentि X. de For. Comp. quam ejus affectis atq; interpretibus arrideat vid qui loco omnium esse potest dissentiens Hunn. de Aut. Jur. Civ. & Can. c. 13.*

X LII. Pari ratione cum Judæi hodie in Imperio tolerentur non minus quoq; ii, quam Christiani, juri nostro communī obli-

gan-

gantur. l. 7. & 8. C. de *Jud.* Exceptis causis ecclesiasticis. l. 13. C. eod.
 & c. 7. & 9. X. de *Jud.* vid. *Reink. de Reg. Sec.* & *Eccles. L. 2. Cl. 1. C. 3.*
 n. 7. seqq. Idq; non modo procedere arbitramur in iis controver-
 siis, quæ judæis cum Christianis intercedunt, verum etiam quæ
 inter ipsos Judæos ventilantur: cum enim Jus Mosaicum una
 cum rep. Judaica dudum extinctum sit ejus etiam ratio in causis
 Judæorum hodie diri mendis præcise habenda non erit, nisi for-
 tean illud in terminis specifice quid definiat, quod in jure nostro
 civ. expresse dispositum non est. *Joseph. Mascard. de Prob. Vol. I.*
Concl. 191. u. 8. Diff. Tuscb. Concl. 369. lit. f. Reinking. d. l.

XLIII. Præter leges universales, dantur etiam speciales, quæ
 privilegia vocantur. Privilegorum vero concessio uti portio po-
 testatis legislatoriæ est, & superioritatem dantis arguit, & sub-
 jectionis speciem in personam impenetrantis inducit per tradita-
Reinking. de Regim. Sec. & *El. L. 2. Cl. 2. C. 8. n. 25. seqq.* Ita etiam
 pro conditione objecti, seu secundum seu contra juſ fuerint im-
 petrata, aduersus ipsum Principem concedentem, quoad salva e-
 jus Majestate fieri potest quam largissime explicanda sunt. l. 3. ff.
de Const. Prince. ibid. Dn. Brun. n. 2. l. 38. ff. Ex quib. caus. maj.
l. 57. ff. de Re jud. l. 2. §. 16 ff Ne quid in loc. publ. l. 21. ff. de V. S. c.
16. de R. f. in 610. Sed tamen non judaice ut de statutis loquitur
Gail. L. 2. Obs. 33. n. 7. h. e. captioſe & fraudulentur intelligenda
 veniunt.

Ad
Tis. IV.

XLIV. Omnia itaq; ea privilegiis includuntur vel compre-
 henduntur quæ sub generali verborum acceptione continentur
 & proprietate. *Matth. Steph. in Dial. Jur. L. 2. Loc. 21. n. 14. Nicol.*
Everb. Synops. Loc. Legal. Loc. 18. Zepper. in Cynos. Legal. C. 18. n. 20.
 Sic privilegium illud in l. un. C. Qv. Imp. inter pup. &c. de Evoca-
 tione adversariorum ad supremum Principis tribunal viduis a-
 liisq; personis miserabilibus concessum recte etiam ad virginis
 majorennas extenditur secundum, l. 242. §. 3. ff. de V. S. Quic-
 quid etiam dicat. *Gail. L. 1. O. 1. n. 42. & Tuld. in Comm. add. l. un.*
n. 3. & divites Carpz. L. 2. Resp. 19. seqq. Imo ad uxores quibus vir-
 plane inutilis est. *Dn. Brun. add. l. un. n. 9. Dieker in Cont. Thes.*
Pract. voce Wittib. E. contrario vero quando aliquid ad idem ob-

jectum, de quo privilegium disponit, commode referri nequit, quamvis eadem videatur subesse ratio; ad illud tamen privilegium minime accommodandum est. Sic quamvis rustici imbecilli ori saepe deprehendantur iudicio intellectus quam minores & mulieres: horum tamen perinde jurium ac privilegiorum haut judicantur capaces.

XLV. Quod si privilegium ob qualitatem personæ vel officii concessum fuerit, tamdiu illud durat, quamdiu qualitas certa adesse deprehenditur: sed eâ finitâ privilegium simul perimitur, *Carpz. P. 2. C. 6. D. 6. n. 3. Mev. P. 3. D. 158.* Sic privilegium istud viduarum cessare dicitur quamprimum secundas nuptias repetunt: Sic privilegia studiosorum amittit, qui reliquis studiis vel tabernam vel cauponam vinariam seu cerevisiarium exercere incipit: *Richt. in Expos. Auth. Habita. C. Ne. fil. pro patr. Disp. 7. sb. 2. p. 155.* Licet eadem retineat qui amanuensem modo advocati vel procuratoris judicialis agit. *Besold. Thes. Pr. ibid. Dietber in Cont. voce Student. Brun. ad l. 9. C. de SS. Eccles. n. 7.* Neq; iisdem etiam studiosus negligens plane & a studiis cessans facile excludendus sit ob spem emendationis vite *Hunnius ad d. 1. Avth. Habita Cap. 1. Qv. 2. conf. Limn. de J. P. L. 8. C. 6. n. 46. seq.* Inde tamen minus recte inferri videtur, quod si præfectus aliquis militaris vel subpræfectus post missionem honeste impetratam, ad negotiationem vel cauponariam sereceperit, omni honore & inde dependenti prærogativa circa vestitum vel similia exutus, eodem loco censi debeat, quo cœteri ejusdem civitatis negotiatores vel caupones ex statuto censentur: quia licet non amplius privilegiis gaudeat actu militantibus concessis; nihilominus tamen haut in capax honoris ipsi ut veterano aut emerito debiti, ac cœterorum præmiorum dicendus est; utpote quæ dignitati quam in militia adeptus est & honorifico titulo cohærere videntur. *arg. l. 3. §. 1. 2. § 6. C. de Adv. div. jud. 2.*

Ad Tit. V. Quandoquidem omnis persona in societate civ. consideratur cum statu suo, seu naturali seu adventitio & legitimo, & pro varietate status diversimode jus redditur & suum cuiq; tribuitur: servus etiam in se consideratus non modo in rep. Rom. verum

verum in alia etiam qualibet personam veram quantum vis haud legitimam sustinere videtur; cum statu si non alio, ab universalis illo humanitatis maximeq; naturali, quo homo quā talis spectatur & bestiis contra distinguitur, gaudeat, eoque non aliter unquam nisi ex gravissimo delicto privari possit: quod *contra Vultej.* recte observat *Frantzk.* b. t. n. 5. & 6.

XLVII. Inter Christianos hodie de omni personarum servitute conclamatum est; adeo ut nec Christianum à turcis vel aliis barbaris captū apud nos libertate exutum reputemus, sed omnium jurium liberis hominibus competentium capacem existimemus cum *Dn. Struv. Ex. 40. th. 70. Diss. Phil. Ius. Pr. L. 1. Ed. 32. n. 7. Hahn. ad Wesenb. tit. de Capt. & Postlim. revers. n. 3. in f. & Schultz.* communem senteniam esse in contrarium afferit in *Synops. Inst. ad tit. de Jur. Pers. lit. A.* Licet non diffiteamur à Turcis illos in vera servitute detineri *R. J. de Anno 1542. §. und wie wol.* Hinc & jam evenit, quod Turcz captivi pariter à nobis jure talionis ut servi habeantur.

XLVIII. Quoniam rustici nostri, & homines proprii glebae adscriptitiis recte & equivarantur; sequitur etiam quod causae rusticorum hodie summatiter sint tractandæ, ne longo litis sufflamine ab agricultura avocentur *B. Dn. Br. ad l. 1. C. de Agr. & Cens. n. 4. & l. 15. cod. n. 5.* Quamvis si quis in servitutem rusticam afferatur, qui huc usque in possessione libertatis fuit, non summariter sed ordinarie procedendum sit; qui processus ordinarius etiam locum habet: Quoties quis rusticum ut suum contra alium possessorem vindicat *Mev. p. 1. D. 179.*

XLIX. Qui alienum hominem proprium fugitivum suscipit, pro illo onera, quibus iste obnoxius erat ut tributa, parochiæ decimas, & alia, solita solvere tenetur: qui vero ejusdem ceu liberi hominis opera ignorans pro certa mercede utitur, illum quidem restituere: sed nihil pro eo solvere tenetur *l. omnes 8. & l. 12. ff. de Agric. & Cens. ibique Dn. Brun.*

L. Rusticus fugitivus si adhuc à nemine possideatur propria autoritate capi potest *l. 14. C. d. t.* Idem vero si capinequeat, & se met in libertatem afferere velit, prius reverti & po-

steade conditione sua agere debet *Mev.* p. 4. D. 18. n. 7. Quo casu si pro libertate ejus fuerit pronunciatum à sententia ista, non obstante favore libertatis merito admittitur appellatio *Mev.*, p. 1. D. 178.

L.I. Operæ vero rusticorum definitæ intra suos terminos cōcēdendæ sunt, nec ad alios casus extendendæ, aut in alias similes operas convertendæ *arg.* l. 5. & *peu.* 1. *C. de Agr.* & *Cens. Carpz. L. 1. Resp.* 56. Quod si vero indeterminatas operas debent, nunquam illæ ex solo dominorum arbitrio dependere debent multo vero minus de loco ad locum extendendæ vel prædio aucto & amplificato augendæ veniunt *Carpz. d. L. 1. Resp.* 54. 55. & 57.

L.II. In conditionem ejusmodi hominum proprietū recte detrudi possunt, imo debent validi mendicantes secundum *l. un. C. de Mend. val.* quæ non obscure videtur repetita esse in *Ord Pol. de Anno 1677. tit. 27. conf. Dn. Brun. add. l. un. Magnif. D. Stryk. Tr. de l. S. Disp. 5. C. 2. n. 40. seqq.* & *Vol. I. Diss. 3. c. 3. n. 34. seqq. Hahn. ad Wesenb. tit. de Remil. n. 1.*

Ad Tit. VI. L.III. In familia patris atq; subiecti sunt liberi ac servi; sed hodie patria potestas maximam partem secundum pietatem est restricta, adeo ut etiam judex filium patri immorigerum non nisi ex pia sententia ejus atq; pio arbitrio punire possit. *l. 3. C. de Patr. pot.* Quod hodienum etiam obtinere debet quamvis dissidentat. *Carpz. Pr. Cria. Qu. 100. n. 35. Phil. Us. Pract. L. 1. Ecl. 55. n. 14. seq.* Sed tamen propterea non inferendum est cum *Köppen. Us. Pr. L. 1. O. 178. n. 4.* & *Schulz. Synops. Inst. de Patr. Pot. lit. B.* moribus nostris omnem patriam potestatem exoleuisse; cum à restrictione ejus ad absolutam negationem non valeat consequentia; imo ipsa perquam facilis resolutio, quæ sine ulla emancipatione per solum matrimonium filiarum & separatam æconomiam coeterorum liberorum plerumq; contingere solet. *Carpz. P. 2. C. 10. D. 1.* & *2. Köppend. L. 1. O. 58. n. 7. seqq.* necessario supponit ejus præexistentiam..

L.IV. Sub pattia autem potestate sunt filii legitimi, quales intelliguntur omnes in matrimonio nati, etiam præcoces die

Früh.

die Frühlinge / l. n. C. de Nat. Lib. & qui ex adultera suscepit l. 11.
 §. 9. ff. Ad. L. Jul. de Adult. nec non qui ex sponsis procreantur
 non mediante facerdotali copula invicem junctis, sponso interim
 vel mortuo, vel profugo; quia sponsalia etiam defuturo, sub-
 secuta carnali copula instar matrimonii obtinent. c. 12. X. qui
 fil. sint leg. add. c. 15. & 30. X. de sponsal. Nec benedictio facerdotalis
 sim pliciter necessaria, aut de substantia matrimonii est Carpz.
 P. 3. C. 14. D. 12. Mev. P. 2. D. 81. Hartm. Pistor. Obs. 83. Quibus
 annumerandi sunt qui ex stupro concepti, verum post consen-
 sum nuptialem procreati sunt, licet nuptiarum præmatura mor-
 te alterutrius parentum impedita fuerit. Mev. d. D. 81.

LV. Ratione temporis legitimus habetur partus, qui in-
 tra septimum mensem & ejus quidem initio, ac undecimo na-
 scitur l. 12. ff. de Stat. Hom. l. 3. §. pen. & ult. ff. de suis & leg. hær. N. 39.
 C. 2. Sed in pronunciando de legitimo nativitatis tempore nimis
 præcipitem esse decet neminem, cum multa accidere possint ut
 partus vel citius solito vel etiam tardius edatur in lucem vid. Go-
 dofr. ad d. N. 39. lit. E. Quamvis id non placeat Hahn. ad. Wesenb.
 de St. Hom. n. 3. verb. Postquam nati sunt in med.

LVI. Legitimis æquiparantur in omnibus legitimati per
 subsequens matrimonium l. 10. C. de Nat. Lib. N. 89. C. 8. e. Tanta
 6. X. Qui fil. sint leg. Adeo ut si in statuto de liberis leg. timis quo-
 ad successionem disponatur, merito etiam legitimati isti intelli-
 gi queant, quia statuta semper exponenda sunt secundum jus
 Com. Contrarium tenet cum Forst. de Success. ab Intest. Eckold.
 Comp. Pandect. b. 1. §. 20. Quod si vero statutum disponat solum
 de liberis legitime natis, Ehlich. gebohrnen Leibes-Erben / recte le-
 gitimi habentur pro exclusis quia verba statutorum sunt vere
 & proprie accipienda arg. l. 1. §. 20. vers. In re igitur ff. de Ex. act,
 Et legitimati non pro legitime natis sed pro legitimis habentur.
 conf. Godofr. ad §. Naturales 2. F. 26. lit. B.

LVII. Famuli nostri licet sint in familia Dominorum suorum,
 non tamen sunt de familia eorundem, nec sic per consequen-
 tiā potestati dominicæ subjecti sunt: Idcirco si quid juris do-
 mino in famulum competit, id ex contractu locationis opera-
 rum

rum. Et tacita famuli concessione unice petendum & judicandum est; inde enim omnis nexus qui inter Dominum & famulum mercenarium intercedit, dependet *Mev. P. 4. D. 385. n. 1.* Hinc etiam sequitur, quod vi, autoritate privata Dominus contra famulum nihil decernere vel in eum animadvertere possit, sed quod si sacerdotiam ejus metuat famulus cautionem ab ipso de non offendendo jure exigere possit. *Mev. P. 4. D. 19.*

LVIII. Cum igitur famuli eoipso, quo nobis cum contrarerunt, subjectionem & coercitionem non exceperunt, nec si finem familie & patris. species commode excipere potuerint; se sequitur etiam quod ex praetenso delicto nulla inter illos locum habeat actio, ut si famulus furtum domino fecerit, cessat actio furti *l. 89. ff. de Furt. l. 11. §. 1. ff. de Pæn.* Quia ipse in eam statuere potest *l. 17. pr. ff. de Furt. & l. un. C, de Emend. Serv. & propinqv.* Viceversa si materf. ancillam honestam dixerit eine schand hure actione injuriarum non tenetur, neque si alapam ei inflixerit; quia non injuriæ inferendæ causa hoc fecit, sed monendi & corrigendi animo *l. 5. §. 3. ff. ad L. Aqui.* omnisque subjectione modicam saltem coercitionem infert. *Diff. Mev. adjus Lub. L. 3. Tit. 8. Art. 10. n. 26.* Neque distinguitur majorenis famula fuerit, an minorenis *Köppen L. 2. Obs. 45. n. 3. Diff. Pbil. Uf. Pr. L. 1. Ecl. 30. n. 4.*

Ad Tit. VII **LIX.** Licet adoptiones hodie perinde ac solennes illæ Emancipationes liberorum non amplius frequententur; inde tamen non concludendum est, adoptiones cum emancipationibus sublatas esse; cum etiamnum licite fieri possint: imo secundum Jus Lubecense separatio liberorum quam proxime ad emancipationem accedere videatur.

LX. Ab adoptione etiam non multum recedere hodie videtur unio vel parificatio prolium; nisi quod haec in Effectu etiam pingvioris conditionis deprehendatur; cum unio prolium non adeo facile ac adoptio resolvi queat, sed in casum resolutionis liberis parificatis semper legitima reliquenda sit: quamvis in eo ambo convenient, quod neutra parentibus facultatem de suis bonis testandi adimat. *conf. Frantz. L. 2. Ref. 28.*

LXI,

LXI. Sed in eo quoque non parum inter se differunt, quod
 unio rite peracta post mortem parentum protenus exspiret,
 nec ultra paternam aut maternam hereditatem se regulariter ex-
 tendat secundum Ricc. Tr. de Un. Prol. C. 7. n. 25. seqq. Quod
 tamen in adoptatis. quatenus in potestate adoptantis perstite-
 runt, secus est: licet etiam fieri possit ut ipsa parificatio ad ipsos
 liberos unitos extendatur, qui alias sibi succedere non possunt
 quod communiter ita exprimi solet: daß diese Bergestalt vereinigte
 Kinder/ nicht allein thren Eltern / und die Eltern hinwiedrumb Ihnen/
 sondern die Kinder auch unter sich selbst als vollbürthige Geschwister
 succediren sollen. vid. Magn. D. Stryke in Praelect. Publ. de Caut.
Necess. Contract. Sect. 3. C. 6. §. 7. Quo certo in casu successio in-
 ter liberos unitos latius quam inter adoptivos patet; siquidem
 de hisce constat, quod in concurso cum fratribus germanis à suc-
 cessione excludantur, & adoptivi fratres tantum jure agnationis
 non cognationis succedant. secund. l. 23. ff. de Adopt.

LXII. Omnium rerum communio ab initio in usu non fu- Ad
 fit; & licet Adamus translato divinitus in se omnium rerum do- Tit. VIII.
 minio solus usus sit, non aliter ac ille qui animo Domini unum
 conclave domus intrans totum occupasse judicatur, l. 3. §. 1. ff. de
Acqv. & amit Poss. Puff. El. Jur. Un. L. i. D. 5. §. 16. idemq; postea
 in posteros suos transmiserit; hi tamen res transmissas inter se
 non pro indiviso habuerunt, sed statim ea quæ divisionem ad-
 mittere natura sua poterant, divisim cuncta possidere cœperunt.
Gen. 4. v. 2. 3. conf. Frantz. Ex. 1. Qv. 6. Struv. Synt. J. F. Ex. 1.
apb. 1. Strauch. in Diff. de Imp. Mar. C. 1. Zieg. in Not. ad Grot.
L. 1. C. 2. n. 2. Bæder ad Grot. L. 2. C. 1. p. 38. Puffend. in El. Jur. Un.
L. 1. D. 5. §. 12. seq. Arist. L. 2. C. 3. Pol. ibid, Gipban. Arnif. de Rep.
C. 2. Sect. 12. circa fin. Oldendorp. Class. 4. Aet. 22. circa init.

LXII. Non omnia autem ad divisionem recipiendam apta
 condita sunt; idcirco necessario communioni relicta fuerunt.
 Res vero ejusmodi communes hodienum ad omnes eodem ha-
 bendi modo, sed indivisim pertinent. Nam quod juris uni in
 rem propriam, idem pluribus vel omnibus in rem communem
 competit; sed competit tamen non in solidum, sed pro indiviso,

C

h. e.

h.e. pro rata cuiq; parte. Cum itaq; pro indiviso res communis competat, ita ut quisq; in quacunq; & quantacunq; parte suam habeat portionem; sequitur. (1.) Quod in iis unius jus sese non extendat in totam rem, sed duntaxat in partem rei; nec unus aliquis totum privative ad universitatem citra injuriam occupare, vel de eo pro jure sibi competente privative ad reliquos omnes citra eorum consensum & autoritatem disponere queat. (2.) Quod unus aliquis decerta rei communis portione libere disponere possit; adeo, ut quo minus id faciat, citra injuriam prohiberi non possit. Disponit vero de eadem quando quis partem rei communis apprehendit, & ad proprium vel peculiarem sibi usum vindicat; & quod quisq; sic arripuit, id ei eripere alter nisi per injuriam, non potest. *conf. l. 13. §. 7. ff. de injur.*
Ziegl. in Grot. de J.B. & P. L. 2.C. 2. §. 2.

LXIV. Quamvis vero hodienum res communes suam retineant naturam atq; indolem; nihilominus tamen easdem ad usus suos vocandi exercitium privatis maximam partem ademptum est ex justa & necessaria causa. *vid. Grot. L. 2. de J. B. & P. C. 2. n. 5. & C. 8. n. 5. Struv. Ex. 41. tb. 10.*

LXV. A rebus vero communibus differunt, quæ usu tantum communes sunt proprietate vero singulorum; cuius conditionis recte censetur mare esse *vid. Dn. D. Stryk in Not. ad Inst. §. 1. de R. D. Dn. D. Beckman. Med. Pol. Diff. 6. §. 11. Struv. Jurispr. Rom. Germ. For. L. 2. T. 1. §. 3. ubiq; all. Selden. de Mar. Clauf. per tot. Zæfius in Comment. ad ff. de Rerum Divisione num. 6. Naunath. in Not. ad Hippol. de Coll. Tr. de increm. Urb. C. 5. p. 77. & ibi allegatos: quamvis ipse dissentiat cum belgis: inter quos eminent. Grot. de Mar. Lib. C. 5. Vinn. Comm. ad Inst. §. 1. de R. D. n. 4. Gmsvlnckel Tr. de Mar. Lib.*

LXVI. Propriæ vero res sunt quæ ad singulos spectant. Pro singulis autem reputantur non modo singularia individua, sed etiam universitates, corpora & communites, quæ personas moraliter compositas constituunt. Et hinc res propriæ vel civitatum sunt, vel singularium personarum.

LXVII.

LXVII. Res propriæ civitatum ad unam aliquam civitatem pleno jure pertinent, adeo ut non tantum nemo extra civitatem, sed ne ipsa quidē sub civitate comprehensa singula membra eas aut partem earum velut sibi proprias in solidum vindicare possint eo proprietatis modo quo civitas gaudet, earum enim rerum usus tantummodo singulis civibus quibus pro indiviso relictus, dominium autem nemini peculiariter assignatum est. Aliæ ab his sunt, quarum non modo dominium, sed etiam usum ac liberrimam circa eas dispositionem sibi civitas in solidum reservavit singulos autem penitus ab iis exclusit.

LXVIII. Res autem propriæ singulorum individuorum pleno jure ad personas suas pertinent, adeo ut vi illius proprietatis nullus aliis sibi aliquid jus in eas ne pro parte vindicare possit citra injuriam Proprietas vero & dominium, quomodo inter se differant non adeo liquere videtur inter *D.d.v.Frantzk.L.3.* *Ref.7.n.45. seqq.* Breviter: Proprietas in se nihil aliud est, quam qualitas ipsa rerum, qua res ad nos, nec ad alium dicuntur pertinere. Dominium autem est modus proprietatis quo res nostra à nobis aliter atq; aliter habetur. Hinc patet quod una eademq; res uno eodemq; habendi modo ad uno plures in solidum per sui naturam pertinere nequeat.

LXIX. Si vero res semel alicui justo titulo devincta fuerit; ita ut ad ipsum actu pertineat, cum ea re agere poterit quidquid ipsi libuerit *conf. Gail. L.2. O.69. n.8. seqq.* & commodis suis etiam cum alterius interverso lucro inservire *l.24. §.5. ff. si serv. vind.* Nec alter qui forte aliquamdiu eâ re usus est, jus quæsumum allegare poterit *Conf. Magn. D. Stryk. Disp. de Æmul. C.2. n.11.* Ex quibus tamen non inferendum, quod quis in suo pariete ædificare possit latrinam, licet vicinus de scetore & in grato aspectu conqueratur: *ob l.24. §.ult. ff. de Damn. infect. Diss. Carpz. P.2. D.108.*

LXX. Reliqua quæ in sequentibus titulis consideranda forent, præter ea quæ Dn. SCHNOBELIUS in DISSERTATIONE I. à nobis repetenda proposuit hisce MISCELLANEIS immiscere voluimus:

I. Vi stuprata coronam & alia ornamenta virginum gestare non prohibenda.

II. Bene sperandum de salute earum, quæ metu stupri violenti in flumen se præcipitarunt.

III. Qui pulvere tormentario accensu, naves suas Vulcano offerunt, quo sic dum nulla elabendi spes superest violentas, disruptione & hostiles affligentur naves licet sic saepius si non omnium tamen plurim mors sequatur, excusandi sunt. Quo merito conferendus casus notabilis, quem recenset. *Dn. Weis. in Pol. Nâsch. C. 7. p. 126.* Cujus affirmativam defendam.

IV. Virgo nobilis nubens ignobili eapropter non amittit nobilitatem.

V. Advocatus ad appellationis instantiam constitutus, de negato appellationis processu salaryum promissum non petere potest, aliud si in prima instantia jam patrocinium suum parti præstiterit, & à sententia interlocutoria appelletur.

VI. Advocatus judici transactionem svadenti (quod salvâ conscientia facere potest) consentiens promissum salaryum non petit: Aliud si dissenserit; & clientem docere possit se fuisse victorum, eo quod omnia fundamenta victoriae præmeditatus fuerit.


VII. Filius sive ante, sive post patris assumptionem in collegium, natus fuerit, filiorum opificum retinet privilegia; licet postea pater degradetur aut ordine moveatur.

VIII. Pro filio multam neq; ex legitima, neq; ex bonis maternis pater solvere compelli potest: si tamen solverit, mortuo patre conferenda est cœteris fratribus; nisi statutum adsit:

Quod pater debeat teneri pro liberis ob eorum delicta.

*Quale statutum positis terminis habilibus
non esset irrationabile.*





O zeigt man seinen Fleis erlernter Wissen-
schafften /

Wenn man / was zweiffelhaft / ver-
ständig resolvirt ;

So mus das wahre Thun an einer Seele haften /
Die das / was Rechtens ist / vergnüget ausgeführt.

Dis hat Er sich / Herr GRAN TZ / numehro vorge-
nommen /

Wann Er den wahren Grund der hohen Rechte
sucht /

Die Sachen widerlegt / so Ihm zu wider kommen /
Und also auf das Recht / nicht blosse Worte / pocht.

Wir wünschen nun hierzu des grossen Gottes Segen /

Damit das edle Werk gewünscht von statten geh ;

Auf daß Ihn dermaleins auch Seines Fleisses wegen /

Dem Kunst und Tugend folgt / Sein Vaterland
erhöh.

Also wünschet dem Herrn AUTORI

Desselben

Sämtliche Bisch - Gesellschaft.



Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

This image shows a blank, lined notebook page. A white rectangular sticker is positioned near the bottom center. The sticker contains the text "SLUB DRESDEN" in a bold, sans-serif font, followed by a barcode. Below the barcode, the number "3 1711458" is printed. The rest of the page is blank with horizontal ruling lines.



3 1711458

